



LIBER TERTIUS FORTIFICATORIUS,

In quo explicatur
LOCULAMENTUM TERTIUM
ORGANI MATHEMATICI,

signatum litterâ C, & continens Tabellas

^{pro}
FORTIFICATORIA;

Traditurq; uberior pro eadem

INSTRUCTIO.

PRO OEMIUM.

Fortificandi seu Muniendi scientia, Fortificatio-
ria, seu Ar-
chitectura
militaris.
quam Architecturam Militarem ali-
bi, hic Fortificatoriam appellamus,
quid sit, & quem in finem inventa, no-
tius nunc est quam ut explicari debeat, Principi-
bus praesertim, ac Nobilibus, quorum adeo pro-
prium est studium, ut vix invenias, qui in illo aut
non profecerit eximie, aut proficere conatu omni
non adnitatur. Hinc frequentes eorum de Muni-

G. g. 3

tionis-